Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



141 199

fieri obsecrationes orationes postulationes gra
tiarum actiones p omnibus hominibus p regibus et
p omnibus qui in sublimitate sunt: ut tranquillam
et quietam uitam agamus in omni pietate et ca
stitate Hoc enim bonum est et acceptum coram sal
uatore nro deo: qui omnes homines uult saluos fi
et ad agnitionem ueritatis uenire Unus enim
deus: unus et mediator dei et hominum homo xps
iesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro
omnibus testimonium temporibus suis: in quo
positus sum ego prdicator et apls Veritatem
dico non mentior: doctor gentium in fide et ue
ritate: in xpo iesu domino nostro Secundum luca
Ant. Exultauit iesus in spu sancto et dixit
Confiteor tibi pater dne celi et terre: quia ab
scondisti hec a sapientibus et prudentibus et
reuelasti ea paruulis Etiam pater: quia placuit
sic ante te Omnia tradita sunt mihi a patre mo
Et nemo scit qui sit filius nisi pater: et quis sit
pater nisi filius: et cui noluerit filius reuelare
Et conuersus ad suos dixit Beati oculi
qui uident que uidetis Dico enim: quod multi * uob
phete et reges noluerunt uidere que uidetis
et non uiderunt: et audire que auditis et non
audierunt Feria vi post dom epiphanie b. iacobi a.
Quid proderit fratribus quis dicat
se habere fidem autem non habeat Numquid poterit fides
saluare eum Si autem frater aut soror nudi sunt
et indigeant uictu cotidiano Dicat autem ali
quis de uobis illis. ite in pace calefiamini et
saturamini: non dederitis autem eis que necessa